



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

Concilivm Magalonense Apvd Ivniarias.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

sanctam Synodum propriae ecclesiae colligens, iuxta statuta supradictorum antistitum, Missarum solenniis deductis, omnibus qui adfuere in primore ecclesiae sancti Petri collectis, iam supra fatum praemonuit virum, ut sicut sibi ipsi conscientia diceret, ad sacra sumenda, aut etiam refugienda quoquo vellet modo seipsum praefigeret. Quique in nullo haesitans, Deum sibi, & ipsum, quod percepturus erat, redemptionis precium in testimonium & iudicium inuocans, fidissime, omnibus in prospectu positus, quae supra fuerant praefixa votis omnibus peregit. Hoc igitur tanto donatus munere, ne vnquam ulterius tam amuloso fauciaretur vulnere, hoc scriptum a praefato seniore & subter notatis suis coepiscopis petiit relegendum, & manibus corroborandum.

Vvalo humilis S. Aeduensis ecclesiae episcopus relegi & subscripsi.
Ardradus humilis Cabilonensis ecclesiae episcopus lubscripsi.

Geraldus rector & humilis episcopus Matifconensis ecclesiae subscripsi.

CONCILIVM MAGALONENSE

APVD IUNIARIAS.

SYNODI huius in schedis antiquis extat breue fragmentum, ex quo diem ac locum, & antistitum, qui ex diuersis prouinciis conuenere, nomina discere est, cetera desiderantur. Sic enim habet: Anno incarnationis DCCCXCIV. indictione XII. nonis Maii, in regno Septimaniae, territorio Magalonensi, loco Iuniarias vocato, in ecclesia sancti Vincentii, nos humiles Septimaniae, Spaniae, atque Prouinciae episcopi, Arnustus videlicet sanctae ecclesiae primae Narbonae metropolitanus, Amelius Vceticensis, Gimara Carcaffonensis, Reginardus Biterrensis, Nantigifus Vrgellitanus, Augarius Luteuensis, Gerardus Agathensis, Vvicbertus Nemaufensis, Gontarius Magalonensis, Benedictus Foroiu-liensis, item Reginardus Cauallicensis, &c. Triennio post, ut Narbonensis ecclesiae monimenta docent, celebratum est Arnusti eiusdem metropolitanus iussu Concilium alterum apud Nemaufensem pagum, in loco qui Portus cognominatur, in ecclesia sanctae Mariae, XIII. Kalendas Maii, indictione XV. anno incarnationis DCCCXCVII.

ANNO
CHRISTI
894.